

## Band II., Nr. 316, Seite 17-19

*Berthold, ein Edelfreier, überlässt sein ganzes Besitztum unter ausgedrückten Bedingungen dem heiligen Grabe und bestätigt zugleich seine frühere Schenkung, bestehend in der Kirche zu Denkendorf, an eben dasselbe.*

Denkendorf, im Kloster zum Grabe des Herrn, 1142.  
April 22.

In nomine patris<sup>a</sup> et filii et spiritus sancti, amen. Notum sit omnibus fidelibus, tam clericis quam laicis, tam presentibus quam futuris, quod ego Bertoldus, natura liber et ingenuus, omnia quecumque presenti die iure possideo, tam in agris quam vineis, villis et hominibus, vel quibuscumque aliis possessionibus, iure Suevorum, libere omnia, sicut ego ea possideo, pro remedio anime mee cunctorumque parentum meorum dono et concedo absque omni contradictione Dominico Sepulcro, ea videlicet conditione ut, quamdiu ego vixero, easdem supradictas possessiones a domino Willelmo patriarcha et Petro, priore Dominici<sup>b</sup> Sepulcri, pro beneficio habeam, et unoquoque anno ad confirmandum idem supradictum donum X solidos publice monete pro censu reddam, et, si forte mihi in animo venerit, ut omnia relinquens in ecclesia Sancti Sepulcri Iherusalem, vel in eam<sup>c</sup>, que est in Denkendorf, divine religioni me subdam, dominus patriarcha et prior Dominici Sepulcri<sup>d</sup>, qui tunc temporis ecclesie Sancti Sepulcri preuerint, absque omni contradictione me recipiant, et omnia supradicta libere possideant. Confirmo etiam hoc presenti privilegio donum, quod quondam ecclesie Dominici Sepulcri donavi, ecclesiam videlicet, que est in Denkendorf, cum omnibus pertinentiis suis. Et si ego devians supradicta bona alicui vendere vel donare voluerim<sup>e</sup>, nullo modo post hoc primum et legale donum potestatem habeam, et omnia supradicta confirmans propria manu subscribo: Willelmus.<sup>f</sup>

Huius donationis testes sunt nobiles, in quorum presentia hoc donum factum

<sup>a</sup>Besold fügt zwischen *nomine patris* ein: *sancte et individue trinitatis*.

<sup>b</sup>Besold fügt zwischen die Worte *priore* und *Dominici* die Worte *et canonicis* ein.

<sup>c</sup>Besold hat richtig *vel in ea*.

<sup>d</sup>Besold fügt nach *Dominici Sepulcri* ein: *cum conventu*, lässt dagegen die Worte *qui t. t. e. S. S. preuerint* weg.

<sup>e</sup>Besold hat *presumpserim* statt *voluerim*.

<sup>f</sup>Besold hat statt der Namensunterschrift: *-S-S-* und gleich darauf *nobiles viri*.

## II

est, quorum nomina sunt hec<sup>g</sup>: Sifrit, Drutwin, Dederich, presbiteri. Conradus de Conronbach. Volframus de Bernhusin. Hugo de Bliningin. Reinboldus Hecel de Benrenhusim<sup>1</sup>. Wolthodo et Rainaldus de Custordingen. Rudolfus de Rinuelden. Rudigerus de Bodoboro<sup>2</sup>. Arnoldus de Spira. Et quoniam proprium sigillum non habui, omnia que perscripta<sup>h</sup> sunt, sigillo Dominici Sepulcri et canonicorum eiusdem confirmari inpetravi. Acta sunt hec omnia in capitulo Dominici Sepulcri, anno incarnationis dominice MCXLII., indictione V., decimo kalendas Maii.

---

Nach Rozière: Cartulaire de l'église, S. 162, Nr. 83, unter der Aufschrift PRIVILEGIUM BERTOLDI DE DONO OMNIUM POSSESSIONUM SUARVM ET DE CONFIRMATIONE ECCLESIE QUE EST IN DEN KENDORF (*sic!*). Der Herausgeber, der zwei Handschriften des 14. Jahrhunderts vor sich hatte, setzt unter den Text der einen Handschrift die Abweichungen der anderen.

Die erheblichen Abweichungen des Besoldschen Textes, die nicht bloß als Fehler seines Originals oder des Abdrucks angesehen werden müssen, sowie die bei Rozière unter dem Text mitgeteilten Fehler sind in der vorliegenden Edition in den Anmerkungen mitgeteilt.

---

<sup>g</sup>Die Zeugenunterschriften lauten bei Besold, teilweise sehr verdorben: *Sifridus Ortwinus Dietericus presbiteri, Conradus de Torimbach* (bei Rozière *Coronbach*), *Volframus de Bernhusen* (bei Rozière *Bernehusim*. Die Unterschriften *Hugo de Bl.* und *R. H. d. B.* fehlen bei Besold und bei Rozière) *Wolbotto* (bei Rozière *Woltodo*) *et Remaldus de Cüstringen, Ruodolffus de Rinvelden, Rondegerus de Botobore, Arnoldus de Spira cum ceteris multis*.

<sup>h</sup>Besold und Rozière haben wohl richtig: *prescripta* und später beide: *Facta sunt*.

<sup>1</sup>Ebenfalls Bernhausen?

<sup>2</sup>Groß- und Kleinbottwar.